m

, cum

re, & Corpus

ns, cum

Evang

In Festo Epiph.

com.

com. sequ.

com.

27 Sabb.

[illegible]

10 | 15 c. 10 | 15 -

50
50

Ist angefangen
und nicht fort-
gesetzet

IMMORTALITAS
DIVI FRANCISCI
à monumento in Theatrum
DEDUCTA.
CELSISSIMO autem TRIBUNALI
REGNI.

Quod à Sacris ejusdem Divi Solemniis
Sua felicissimè auspicatur judicia
INTIMIS VOTIS

EXOPTATA
A Perillustri Juventute Scholastica Collegii Petricoviensis Societatis JESU.

Anno, quô Immortalis factus est Mortalis DEUS
1721.

CALISSII,
Typis Collegii Karnkoviani Societatis JESU.

IN

INAVITUM STEMMA

ILLUSTRISSIMI COMITIS



Sidereîs deprompta ſagitta pharetris *Sarb:*

Sunt in honore ſagittæ *Ovid:*

Teloq; animus præſtantior omni *Idem.*

Sume fidem & pharetram fies manifeſtus Apollo *Idem.*

Inſignes jaculô, brevibusq; ſagittis

Vna Magnanimi Genus inſuperabile bellô *Heſiod.*

ILLUSTRISSIMO
Ac
EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
D. GEORGIO FELICIANO
COMITI
in Lechovvice
SAPIEHA.
TRIBUNALIS REGNI.
VICE-MARESCHALCO,
CAPITANEO Vilkovienſi,
Majorum Gloriæ immortalis & Virtutum Hæredi

Mecænati Ampliſsimo.

QVidquid hic *conſpexeris ſive audieris*, Comes VICE-MARESCHALCE Illuſtriſſime Excellentiſſime, SAPIEHANÆ, *hoc eſt Tuæ, theatrum Gloriæ crede. Alienis pauliſper umbris temperabo fulgorem, ne Domûs Tuæ ſerenitate inducta veluti Phæbeo curru detento, incendium ſpectator pertimeſcat: cæterum Tua, perſonato ſub vultu, tanquam nube contectus Titan, majeſtas latebit. Primus immortalitatis monumento* FRANCISCUS ASSISIUS Illuſtriſſimum Genitorem Tuum FRANCISCUM SAPIEHA Præfectum ſtabuli M. D. L. *adumbrabit: Virum pariter ſupra mortales evectum:*

 cujus

cujus si pietatem in superos expendo? Numa: si heroicam virtutem? Hector. Quidquid egit, egit autem innumera, æternitatis coronat annulus: dignus, quem Divorum fasti recenseant, Musæ prædicent. Ita Regium Præfectus direxit stabulum, ut Pompeii ac Julii elephantis, Antonii Leonibus, Heliogabali tigridibus, Aureliani cervis, Sesostris subjugatis Regibus, Capitolium majestas Polona ingredi videretur. Inscripsit quoq; Viennensibus laureis immortale Nomen Victor ut etiam triumphet fata: & triumphat felicissimè. Citra fabulosam Metempsichosim vivit in Te, quemq; spiras Martem, fatetur suum: quotquot in vultu, ubi sedem Fortuna Orbis posuit, sublucent sanguinis guttæ, adorandam Patris faciem repræsentant.

Senatum quoq; in Theatrum deduco, sed quem omni exceptione major, Illustrissimus LEO SAPIEHA Palatinus Vilnensis, Supremus exercituum Imperator; Duces, RADIVILII, KORIBVTII, SANGVSCII, LVBOMIRSCII. Proceres, POTOCCII, RADOMICCII, SIENIAVII, WIELOPOLSCII, BRANSCCII, TARŁONES, CHODKIEVICII, KOPCII, LIPSCII, Omnes utiq; cognato sangvine Tui, occupabunt Pantheon profecto Senatus! quem tot, & tanta Numina consecrant. [...]pum etiam non plura primæ magnitudinis illustrant sidera, quàm Illustrissimam Domum Tuam ceræ accendunt. Potestis SAPIEHÆ Illustrissimi Tyrum dotare muricibus: concatenatis annulis cum Xerxe vincire Hellespontum: scipionibus fulcire orbem. Consecrabit & bellatricem aquilam Vestro Marti FRANCISCVS, (Illustrissimum Genitorem Tuum, COMES Excellentissime dixisse debueram) Vestro inquam Marti; cujus ferro coacta toties Polono parere sceptro Moscua, domitus Leo Sveticus, tumultus scytharum coërciti, Regni, & Magni Ducatûs limites ampliati. Circumferimini, quà latè patet universus Orbis SAPIEHÆ Fortissimi. Enarrat Austria Viennæ Liberatores, septemtrio Castrorum & urbium eversores, Oriens sui victores, Heróas meridies. Nulla in Regno laurea, quæ Vestrum non coronet verticem rara Ducalis clava, quam SAPIEHANA non rotet manus. Palmis etiam plantaretis sylvas, Civicis, castrensibus, Triumphalibusq; vittis Capitolium facilè opprimeretis. Vilnenses Samogitiæ, aliasve sexcentas non recenseo Infulas, Concilium faciunt. Celsissimum demum Tribunal Justitiæ producet: ZAMOYSCII nimirum in Regno, Tui Proavi Illustrissimi LEONIS SAPIEHA in M. Ducatu inventum. LEO hic! Princeps facilè sive nomen examino, sive merita, cui ne sua deesset corona, toto STEPHANO Rege Coronatus. Cancellarium gessit annulum, ac Ephestio Alexandri: clavam Ductor, ac Hercules: Vilnensem purpuram Palatinus, ac Consus: sceptrum rotare dignus, & Orbem aureum. Piscatoris quoq; annulo, Græco-Russorum unionem Orator Regius ad Brestense Concilium, inseruit, & ipse gemma. Quidquid demum æquitatis in legibus, justitiæ in decretis, sanctitatis in Areopagis, incor-

incorruptionis in judicibus; ceu Lacedæmones Lycurgo, Soloni Athenienses. LEONIS SAPIEHÆ *ingenio Lithvani debetis. Primus hic Vestri Areopagi Author & Scipio Primus. Primus docuit, quo fomite sub cælo rigido foveretur Astræa, quâ solertia, Themidi Eques Litavicus militaret. Tanti Proavi teris Vestigia & Magnificos mores induis* COMES VICE-MARESCHALCE Illustrissime. *Vilnæ ac Minscii agebas Scipionem! ubiq; sanctum & incorruptum. Decernebas! Themidis sancitum, & sanctum erat: Sententiam ferebas! Justitiæ Numinis oraculum credebatur. In summa dico omnia, simul tamen per apices. Magnitudinem Tui Nominis, Cognata Regibus, Principibus, Ducibus, Proceribusve Prosapia annotavit sceptro: Mars triumphator, gloriosis insculpsit trophæis: Augustissimus Honor amplissimo tinxit ostro: Justitia donavit fastis; nos æternitate metimur. Vive annos felicissimos* COMES FELICIANE, VICE-MARESCHALCE Illustrissime CAPITANEE Excellentissime, *cui vel ipsa* Illustrissimæ Purpuratis de RADOMICCIIS CONSORTIS TUÆ CATHARINÆ *rota, fortunata vehit secula. Vivite uterq; quamdiu [illegible]mus, &* Nestorem *superabitis.* SAPIEHANO (*tanquam suæ Sapientiæ*) *Nomini*

Devinctissima

Iuventus Scholastica
Collegii Wierzboviani
Societatis JESU.

ARGUMENTUM.

UMbriam in Poloniam Assisium Petricoviam Tribunalis Regni Sedem; Tumulum in theatrum deduco. Legimus Divorum nonnullos incorruptionis dotatos privilegiô, sed simul eosdem gloriosis decumbere sepulchris, Angelicæ tubæ clangore excitandos, novimus. Cum verò Seraphicus Minorum Fundator & incorruptus manet, & stat rectus in tumulo, nullâ artis suffultus industriâ: vivum inter mortuos diceres, nisi illatam Cælo, credas animam. *Paoletti & Fasti Ordinis Minorum.*

UMbria do Polski, Assyż do Piotrkowa koronnego Trybunału Stolicy, Grob ná Teatrum wyprowadzam. Czytamy że niektorzy z Swiętych, nieskáżytelnośći ciáłá po śmierśi, udárowáni przywileiem, ále też że w swoich chwalebnych spoczywáią grobách, ktorych Anielskiey głos traby ma wzbudźić, wiemy. Seráficzny záś Fránciszek i nieskáżony zostáie, i stoi w grobie żadna ludzkiego kousztu nie wspárty ręka. Rzekłbyś że z sama wskrzeszony śmierćia żyie; gdyby nie wiárá, że duszá w niebie.

ANTIPROLOGUS

ÆTernitatis Genius insigne suum circulum transformat in arcum, cui armando quærit sagittam. Ergo adit Chironem, sed quia ipsius tela & lethalia & fragilia displicent, Domitiani sagittas respuit, quia & leves & imbelles, utpotè muscarum domitoris. Alexandri pariter sagittæ mandantur tenebris, quia & stellarum Cæli, & Principis luminum oculi expugnatrices. Itaq; Justitia Tribunalis Regni, Marte ferream, virtute, honore, ac fortunâ auream SAPIEHANAM porrigit Sagittam, hanc æternitatis Genius suo adaptat nervo, & immortalitatis monumento appendit.

GEniusz wieczności swoy cyrkut ná łuk przerabia, i sposobney do niego szuka strzały, ále że u Chironá stabe i iádowite, u Domicyaná lekkie i nád muchami tylko triumfuiace, u Alexandrá Wielkiego, z niebem i okiem krolewskim woiuiace, dla tego odrzucone. Więc w Marsie żelázna, w cnoćie, honorze, fortunie, złota od spráwiedliwośći SAPIEZYNSKA *bierze strzałę, kto rado swoiey przyaptowawszy ćienćiwy, przy nieśmiertelnośći monumenćie záwiesza.*

PROLOGUS
Seriem tractandæ rei proponit.

PROTHASIS.

ATheníenses & Persæ in armis erant; in Marathonianum campum utraq; pars deduxit cohortes: ubi Callimachus Atheniensis Heros fecit fortiter & cæsus, nontamen occubuit, sed immotus post mortem stetit, talisq; inter cadavera inventus. *Thesaurus.*

Miedzy Atenczykami i Persámi woyná byłá: sprowádzone z obu stron woyská ná Márátońskie polá: tám Callimákhus Ateński kawáler mocno stawał, i lubo zábity nie poległ, ále stoiący umárł, i táki miedzy trupámi ználeziony.

SCENA 1ma.

MArs gladiô mundum dividit, sectæ orbis partes fiunt tympana, quæ manubriô gladii pulsat.

MArs mieczem świát rośćina, rośćięte świátá części kotłami się woiennymi stáia, w ktore rękoieśćia do woyny biie.

SCENA 2da.

HOc Martis sonitu excitati Atheniensium & Xerxis exercitus confluunt, bellumq; committunt.

TYm Marsá głosem pobudzone Ateńczykow, i Xerxesowe woyská stączaia bitwę.

SCENA 3tia.

PAter Callimachi accepit nuntium de victoriâ Atheniensium, simulq; de morte filii.

OCiec Kallimáchá odbiera nowinę o zwyćięstwie Ateńczykow, i o śmierći swoiego syná.

SCENA 4ta.

PAter Callimachi arenam conflictûs ingreditur, inter cæsos quærit filium, stantem offendit varios exercet affectus. Athenas ad funus invitat.

OCiec Kallimácha náplac woienny idźie, miedzy zábitemi szuká syná, nástoiącego natrafia, rożne wyraza affekty. Aten na pogrzeb záprasza.

SCENA 5ta.

Funus celebratur Callimachi Heróum ritu.

Káwálerski pogrzeb Kállimáchá odpráwuie się.

INTERMEDIUM.

APODOSIS

Sanctum Franciscum stantem in Mausoleo repræsentat, & celebrat.

SCENA 1ma.

CAdit cum suo trophæo Callimachus, Mausoleum Divi Francisci tali arte consurgit. Quatuor Columnæ molem universam sustentant: Primæ anterioris Columnæ basim occupat Boleslaus Pudicus Poloniarum Princeps tenens bullam Canonizationis Sancti Stanislai Ep: Cracov: per suos Legatos Assisii impetratæ & factæ in templo S. Francisci ab JNNOCENTIO IV. Secundæ Columnæ anterioris basim possidet Mars SAPIEHANUS tenens vexillum, Assisii Cælitus lapsum sub tempus Canonizationis S. Stanislai, quod tulit Lanciciam Ven. P. Minister Generalis Ord. Min. ubi tunc Synodus Provincialis agebatur, prout refert Damajałowicz in Vitis Episc: Vlad: indeq; Sacra Solennia Divi Francisci in Majori Polonia cæpta. Summitatem Columnarum tenet epigraphe: *solaq; non nôrunt hæc monimenta mori Mart: l. 10.* Verticem sepulchri tegit Aquila Polona, cui insidet Tribunalis Regni Justitia cum constitutione Regni de inchoandis Judiciis Tribunalitiis Feria 2da post S. Francisci. In medio Columnarum Statua S. Francisci. Latera monumenti vallant mausolea Episc. Cracoviens. Unde oritur.

KAllimachus z swoim trofeum upada. Mauzoł S. Franciszká powstáie. Ná czterech kolumnach wszytká wspiera się struktura, ná pierwszey kolumny postumenćie stoi Bolesław wstydliwy bullę Kánonizácyi S. Stánisłáwá Biskupá Krákowskiego przez swego posłá w Assyżu uprošoney, i uczynioney w Kośćiele S. Fránciszká od JNNOCENCYUSZA czwartego. Ná drugiey kolumny postumenćie Márs SAPIEZYNSKI Chorągiew, ktora z niebá spádła do Assyżá pod czás Kánonizácyi S. Stánisłáwá, tę potym Przew. Generał Minister Ordinis Minorum przyniosł do Łęczycy, kędy się odprámowal Synod Prowincyálny, dla czego Swięto S. Fránciszká po wielkiey Polszcze támże uchwalone iáko świadczy Dámajáłowicz in Vit. Episc. Vlad: *Ná fácyáćie inskrypcya:* solaq; non nôrunt hæc monimenta mori Mart. *Wierzch Grobu pokrywa Orzeł Polski, ná ktorym spráwiedliwość Koronnego Trybunału, trzymáiac Konstitucya o záczynániu Trybunálskich Sadow w Poniedźiáłek pierwszy po S. Fránciszku. Miedzy kolumnámi Státua S. Fránciszká, boki Grobu otaczáia Mauzoły Biskupow Krákowskich. z kad wynika.*

SCENA 2da

JNnocentius 4tus Summus Pontifex Rom. invisit. Sepulchrum S. Francisci, Panegyrim Divo, Cardinalis dicit.

Jnnocenciusz czwarty náwiedza Grob S. Fránciszká, Pánegiryk Swiętemu Kardynał peroruie.

SCE-

SCENA 3tia.

LEgatus à Boleslao Pudico Poloniarum Principe Assisium venit ad Innocentium 4tum, Canonizationem S. Stánislai postulat.

POsel wielki od Bolesława wstydliwego, Polskiego Xiążęćiá do Innocencyuszá czwartego o kanonizacyą S. Stanisława prośi.

SCENA 4ta.

ULtima sessio instituitur, ubi Reinholdus Ostiensis Cardinalis ope Divi Stanislai sanatus urget Canonizationem, & deciditur.

NA ostatniey sessyi zasiada Innocencyusz, gdźie Reinholdus Ostienski Kardynał cudownie uzdrowiony od S. Stanisława popiera kanonizacyą.

SCENA 5ta.

SOlennitas Canonizationis peragitur & vexillum demittitur cælô.

ODprawuie się uroczystość Kanonizacyi S. Stanisława, choragiew spuszczona z Nieba.

SCENA 6ta.

PRovincialis Synodus tractatur Lanciciæ, huc Ven. Generalis Minister, Ord. Minor. defert vexillum, de quo supra. Concilium Sacra solennia per majorem Poloniam decernit. SAPIEHANO Marti vexillum confert.

PRowincyalny Synod w Łęczycy: tam pomieniona wzwyż choragiew Generał Minister Zakonu Minorum oddaie. Synod uroczystość Swiętego Franciszká w Wielkiey Polszcze stanowi. SAPIEZINSKIEMU Marsowi choragiew posyła.

SCENA 7ma.

LEgatus ad trophæa & busta SAPIEHANA Heroas celebrat Illustrissimos ac Invictissimos BOGDANUM SAPIEHA Palat. Minscen. Victorem felicissimum, PAULUM SAPIEHA Palat. Polocen Strenuissimum Bellatorem, ANDREAM SAPIEHA Palat. Novogrod, 24. millium Moschorum & Scytharum domitorem. JOANNEM SAPIEHA, qui cum Duce Chotkiewicz in latum & longum ferrô penetravit Moscuam, LUCAM SAPIEHA Moschovitici Exercitûs fulmen, PAULUM SAPIEHA Procancellarium M. D. L. Smolenscii cum Vladislao 4to. liberatorem. CHRISTOPHORUM SAPIEHA Palat Mscisłav. sui ævi Hectorem. Deodatum ALEXANDRUM SAPIEHA Ponti Ducis Svetici victorem, LEONEM SAPIEHA Cancell: M. D. L. Palat Vilnen. Supremum Ducem Exercitûs Herculem alterum. FRANCISCUM SA-

SAPIEHA Præf. Stabuli M. D. L. Viennensibus Laureis ornatum. JOANNEM SAPIEHA Capit. Bobruscen: GEORGIVM FELICIANVM Comitem in LEHOWICE SAPIEHA Capit. Vilkov. JOSEPHVM SAPIEHA Thesaur. M. D. L. GEORGIVM SAPIEHA Dapiferum M.D.L. CAISMIRVM SAPIEHA Mareschalcum M. D. L. ALEXANDRVM SAPIEHA Notarium M. D. L. Sexcentosq; alios, quibus juventus applaudit saltu sagittario.

POśel przy oddawaniu Chorągwi wychwala Heroiczne Dzieła, Zwycięstwa, Rycerzow SAPIEHOW, ktorym młodź Indyiska z Strzał applauduie skokiem.

SCENA 8va.

STephanus Bathorius Poloniarum Rex tractat Comitia, Tribunal Regni statuit, & inchoari à solemniis S. Francisci decernit.

STefan Batory Krol Polski Seym sprawuie, kędy Trybunał Koronny stanowi, i zaczynać gò od S. Franciszka uchwala.

SCENA 9na.

IVstitia Illustrissimæ Domui SAPIEHANÆ sua insignia dedicat, ubi Illustrissimum LEONEM SAPIEHA M. D. L. Cancellarium, Areopagi in M. D. L. authorem, ac legum Reformatorem Encomiis celebrat.

SPrawiedliwość J. W. Domowi SAPIEZYNSKIEMV swoie oddaie insignia, y J. W. LEONA SAPIEHE W. X. L. Kanclerza &c. Trybunału w Xięstwie Autora, y Statutow Reformatora wychwala.

SCENA 10ma.

POlonia & Lithvania erigit Columnas ponè Mausoleum S. Francisci tanquam immortalitatis monumentum. Primam Celsissimo Tribunali Regni Anni 1721. alteram Celsissimo Tribunali M. D. L quam Illustrissimorum Palatini Vilnensis & Brestensis, Mareschalci M. D. L Capitanei Vilkov. Sexcentorumq; SAPIEHARVM ejusdem Tribunalis Scipionum insignibus coronat.

POlska y W. X. L. wystawia kolumny znak nieśmiertelności przy Grobie S. Franciszka, pierwszą J. O. Trybunałowi koronnemu; drugą J. O. Trybunałowi W. X. L. ktorą J. W. Woiewody Wileńskiego, Brzeskiego, Marszałka W. X. L. Starosty Wilkowskiego, y tysiąc inszych SAPIEHOW pomienionego Trybunału Marszałkow Herbami koronuie.

SCENA

SCENA 1ma.

EIdem immortalitati applaudit Eloquentia, dum ex avita Illustrissimi VICE-MARESCHALCI Sagitta, ac gladiô supra galeam positô, necnon ex rota CATHARINÆ Illustrissimæ de RADOMICCIIS Consortis suæ centum decem annos computat & apprecatur.

EPILOGUS.

Eadem Eloquentia Scenam concludit & immortale Nomen prædicat.

A. M. D. G. J. V. D. M. H. D. O. C.





Lect. 1, Noct. *de* ...
fer. *Duæ Miss.* C. ...
com. præc. & fer.

M A J U S.

17 Sabb: Monicæ Vid. &c. Vesp. de sequ. com. Domin. & præced.

18 Domin. 5. post Pasch. Erici Reg. Mart. dupl. 9. lect. & com. Domin. CR. Credo dic. Vesp. ... Cap. de sequ. com. præc. item Domin. & S. ... ent. Virg.

J U N I U S.

19 v. Octava SS. Corporis Chr. In Vesp. com. sequ. & S. Silverij P. M.

20 vj. Æschili Ep. Mart. dupl. (*fuit 12. huius*) 9. lect. & com. S. Mart. CR. In Vesp. com. sequ.

21 Sabb. Ubaldi Ep. Conf. semid. (*fuit 16. Maij*) ℣. *in hym mut.* CA. Vesp. *ut in ordinar.*

22 Domin: 3. Dedicat. &c. In Vesp. com. Domin. & sequ.

23 ij. *Extra Crac. Vigilia*, Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) 9. lect. & com. Vigil. *Duæ Miss.* CR. & Viol. Vesp. de sequ. *sine comm.*

J U L I U S.

6 Domin. 5. in. 5. post Pent. Octava SS. Apost. In Vesp. com. ... com. Dom. & sequ.

7 ij. ... *Crac.* Vena. Venantij Mart. semid. (*fuit 18. Maij*) CR. Vesp. à Cap. à Cap. de sequ. com. præc. *Extra Crac.* Mariæ Mariæ Magd. de Paz. Virg. semid. (*fuit 25. Maij.*) CA. ... CA. Vesp. *ut supra.*

iv. ... *Crac.* Mariæ Magiæ Magd. de Paz. Virg. semid. ... 25. *Maij.*) ... CA. Vesp. ... Cap. ...

SS. Mart. ...